Epistola 253. GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEJUS.

3. pagina fol. 423.

Mi charissime gener.

Literas tuas scriptas d. 12. et filiae scriptas d. 15. acce-
pimus d. 22. hoc ipso tempore vesperi. quo et tabellarius
venit Vlissinga nuntium mortis D. Someri p. m. affe-
rens. Cujus filio eas dedi ad vos mittendas. Id eō
feci, ne nimis diu vestras expectaretis. Dubiū est, quod
ad te scripsi literas, quas literis πρὸς τὴν θυγατέρα
ἐπεστάλκειν ἐν ἐμαῖς. לא ידעתי אם באו לידך /
Ex tuis literis animadvertere visus sum animū bonū.
Eum tibi et filiae et parentibus optimis ex corde per-
petuū optamus. Quod de Asaro D. Lindani, id ego in
malam partem nō accipio. Sed et quod gaudes, filiā nō
indigere jā medicina. Haec nova ista. D. Ubbenius
fato obiit. Prodiit novus liber מכלל יופי. Aben-
dana detulit ad me duo exemplaria. Unū inauratū
mihi donavit. Alterū pro te, quia scripsisti te emturum.
Si jubebis, dabo ipsi pretiū, quod promisisti. Quod
quantū sit, ex te rescire aveo. Videtur liber nō
inutilis. Numerat liber folia 229. id est philyras
109. In locis communibus perventum est ad ~~zz~~ lit. Y.
Locus de Scriptura diu me tenuit. Confido, tibi nō
displiciturum laborē meū. Credo, jam multos esse,
qui metuant, ne homines me incipiant intelligere.
Vix credas, quid audiam de [illegible] nostratiū.
quae ad me deferuntur nō inquirentem. Sed studiosi ri-
dent. Sed debent, sibi nō licere verū dicere. Prodiit
nuper Skotkij tractatus de Decalogo. Ubi me laudat et
corrigit, in ~~[illegible]~~ explicatione loci Gal. 3:19.20. Ex occasi-
one feci disputatione de Mediatore Veteris Testamenti.
Sed abrumpere cogor. Nam ad coenā vocor. S A D.
[illegible] post coenā abire parat. Deū oro, ut
vos omnes incolumes velit. Ego et mei Parentes
vos omnes ex animo salutamus, et annū
tuos et te cum filia ex animo salutamus, et annū
novum felicē vobis apprecamur. Lugduni
d. 22. Jan. 1661.

Tui amantissimus
Joh. Coccejus.

~~Uxori expectabo literas tuas, quibus nata cum tabellariis. Alia vice de Lexico.~~

V

Reverendo et doctiss.
Viro D. Gulielmo
Anslario V. D. M.
genero meo dul-
cissimo.

Middelburg

Par Amy.